Programm

des

Königlichen Gymnasiums zu Münstereifel

über das Schuljahr 1873—1874.

Von

dem Direktor der Anstalt

Dr. Joseph Köhler.

Vorangeht eine Abhandlung des Oberlehrers

Dr. M. Hoch:

Quaestiones Lexi[redacted] Homerum pertinentes.

Bonn,

Druck von Carl Georgi.

1874.

QUAESTIONES LEXILOGICAE

AD

HOMERUM PERTINENTES.

SCRIPSIT

DR. M. HOCH.

Quas scripta commentatione de vocabulis vel pugnam vel pugnare significantibus Quaestiones Lexilogicas ad Homerum pertinentes[1]) inchoavi, earum partem aliquam huic quoque scholarum indici praeponere ad iuvenum Homeri carmina legentium studia incitanda et adiuvanda non inutile esse arbitror. Quemadmodum illa disputatione id potissimum egi, ut in synonymorum quorundam usum et significationem inquirerem, ita etiamnunc eadem occasione oblata in eodem argumento versari et qui usus esset quaeque significatio verborum *φρονεῖν, νοεῖν, γιγνώσκειν* exponere constitui. Et quoniam discipulorum potissimum, ut par est, rationem habendam esse iudicavi omissa originis quaestione — talia enim ad diversum librorum genus pertinent reconditae doctrinae plenorum — haec duo mihi proposui, primum ut quam plurimis unumquodque vocabulum exemplis inlustrarem, quibus de usu et significatione iudicium fieri posset, deinde ut, qui loci aliquid difficultatis habere viderentur, eos explicarem et in patrium sermonem converterem. Editionem Baeumleinii secutus sum ita, ut si quid displiceret, cur statuerem mutandum esse, adderem.

Vocabulorum *φρήν, φρονεῖν, νόος, νοεῖν, γιγνώσκειν* qui sit usus in Homeri carminibus.

Φρήν.

Loquendi formula *κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν* vicies semel apud Homerum legitur antecedentibus verbis vel *φράζεσθαι δὴ ἔπειτα* α 294. Ο 163, vel *μερμήριξε δ' ἔπειτα* δ 117, κ 151 (*μερμήριξα*), ω 235, Ε 671, vel *πολλὰ δὲ μερμήριζε* υ 10, vel *τρὶς μὲν μερμήριξε* Θ 169 (et *μερμήριξε κατὰ φρένα* Β 3), vel *ἕως ὁ ταῦθ' ὥρμαινε* δ 120, ε 365, 424, ζ 118 (*ἑζόμενος δ' ὥρμαινε*), Α 193, Λ 411, Ρ 106, Σ 15 (et omisso *κατὰ θυμόν* Κ 507), vel *εὖ γὰρ ἐγὼ τόδε οἶδα* ο 211, (ubi Troiam interituram esse minus apte a Pisistrato, Nestoris filio, firmissime adseveratur, quam) Δ 163 (eius urbis exitium ab Agamemnone pro certo affirmatur et) Ζ 447 (ab Hectore praesagitur[2]), vel denique *νήπιος, οὐδ' ἐνόησε* Υ 264 et (in versus particula) *αἵ μ' ἐρέθουσι* δ 813. His locis *φρήν* respondet Latinorum voci mens (Sinn), vocabulum *θυμός* de animo (Gemüth) intellegendum est[3]). Praeterea numeri singularis exempla haec leguntur: δ 102 *γόῳ φρένα τέρπομαι*, nam lacrimis dolores minuuntur, θ 131 *πάντες ἐτέρφθησαν φρέν' ἀέθλοις*, ubi numerum pluralem exspectas, sed eadem ratio est ρ 174 *ἐτέρφθητε φρέν' ἀέθλοις*. Α 474 *ὁ δὲ φρένα τέρπετ' ἀκούων*, Ι 186 *τὸν δ' εὗρον φρένα τερπόμενον* et de Jove Υ 23 *ἔνθ'* (in Olympo)

1) »Ueber die homerischen Ausdrücke für Kampf und Kämpfen«, cuius commentationis pars prior praeposita est programmati huius gymnasii a. 1859. edito, a. 1865. altera.

2) Cf. Fulda Untersuchungen p. 106 sq.

3) De significatione huius loquendi formulae conf. Fulda p. 105 et 109.

ὀρόων φρένα τέρψομαι. ε 458 *ἐς φρένα θυμὸς ἀγέρθη*, cf. ω 349. *X* 475 de Andromache gravissime permota: *ἡ δ' ἐπεὶ οὖν ἄμπνυτο καὶ ἐς φρένα θυμὸς ἀγέρθη.* ζ 65 *τάδ' ἐμῇ φρενὶ πάντα μέμηλεν*, ter legitur *φρένα γηθεῖν* ζ 106 *γέγηθε δέ τε φρένα Λητώ*, *Λ* 683 *γεγήθει δὲ φρένα Νηλεύς*, *Θ* 559 *γέγηθε δέ τε φρένα ποίμην*. *N* 493 *γάνυται δ' ἄρα τε φρένα ποίμην*, *Z* 481 *χαρείη δὴ φρένα μήτηρ*, ζ 147 *χολώσαιτο φρένα κούρη*, quemadmodum saepius legitur *χολοῦσθαι ἐνὶ φρεσί, θυμῷ, κηρόθι.* *O* 627 *τρομέουσι δέ τε φρένα ναῦται. αἱρεῖν φρένα* τ 471 (de Euryclea Ulixem agnoscente) *τὴν δ' ἅμα χάρμα καὶ ἄλγος ἕλε φρένα* (et *Π* 805 *τὸν δ' ἄτη φρένας εἷλε*); *αἱρεῖν* accusativum personae adiunctum habere solet; ω 353 *δείδοικα κατὰ φρένα* cf. *Λ* 555, *I* 244; *μερμήριζε κατὰ φρένα* (quod semel occurrit) *B* 3 supra commemoratum est. *K* 45 *ἐπεὶ Διὸς ἐτράπετο φρήν*, *K* 46 *ἐπὶ φρένα θῆχ' ἱεροῖσιν*, *M* 173 *πεῖθε φρένα*, *T* 125 *τὸν δ' ἄχος ὀξὺ κατὰ φρένα τύψε βαρεῖαν* (Verg. Aen. I 26 manet alta mente repostum).

Φ ρ έ ν ε ς.

Numeri pluralis usus frequentissimus est apud Homerum excepto Odysseae libro XII., quo nec *φρένες* nec *φρήν* invenitur. Significat praecordia, quae ventrem superiorem (cor et pulmones) ab inferiore separant; ι 301 *στῆθος, ὅθι φρένες ἧπαρ ἔχουσιν*, ubi praecordia hepar cingunt (»wo das Zwerchfell die Leber inne hat »vel« umschliesst«); hepar enim sub praecordiis est; *K* 10 *τρομέοντο δέ οἱ φρένες ἐντός*, *Π* 481 *ἔβαλ' ἔνθ' ἄρα τε φρένες ἔρχαται ἀμφ' ἁδινὸν κῆρ* vulneravit eum, ubi praecordia muniunt cor et circumcludunt, 504 *προτὶ δὲ φρένες αὐτῷ ἕποντο* »dazu folgte ihm (dem Ziehenden) das Zwerchfell« i. e. praecordia una extrahebantur. Ad eandem significationem etiam referri solent *φρένες ἀμφιμέλαιναι* »das (zu beiden Seiten *vel*) ringsdunkle *vel* ringsumdüsterte Zwerchfell«, quia praecordia inclusa penitus in corpore conspici non possunt; in Iliade legitur: *Α* 103 *μένεος δὲ μέγα φρένες ἀμφιμέλαιναι πίμπλαντ'* »und gewaltig füllte sich mit Zorn das ringsumdüsterte Zwerchfell«, *P* 83 *πύκασε φρένας ἀμφιμελαίνας* de gravi Hectoris dolore, 498 sq.: *ὁ δ' εὐξάμενος Διὶ πατρὶ ἀλκῆς καὶ σθένεος πλῆτο φρένας ἀμφιμελαίνας*, 573 *τοίου μιν θάρσευς πλῆσε φρένας ἀμφιμελαίνας.* In Odyssea δ 661 (qui versus dubius est) primus locus repetitur. *φρένες ἀμφιμέλαιναι* duobus prioribus locis metaphorice de animo tenebris offuso intellegi posse recte statueris, sed non eadem est ratio tertii et quarti loci. Animus fluctuans et aestuans omnibus illis locis cogitari potest[1]).

Φρένες praecordia quum proprie ad corpus referenda sint, significant sedem mentis vel conscientiae et facultatis animi, qua carent umbrae apud inferos; κ 493 de Tiresia vate, qui umbra mera non est, sed vaticinandi vim etiamtum habet, *φρένες ἔμπεδοί εἰσιν*, *Ψ* 104: *ψυχὴ καὶ εἴδωλον, ἀτὰρ φρένες* (»geistiges Leben«) *οὐκ ἔνι πάμπαν.* De animi viribus σ 215 *οὐκέτι τοι φρένες ἔμπεδοι, οὐδὲ νόημα*, cf. 220; φ 288 *φρένες οὐδ' ἤβαιαί*, *Z* 352 *φρένες ἔμπεδοι* animi constantia (ein fester Sinn); *Ξ* 141 *ἐπεὶ οὔ οἱ ἔνι φρένες, οὐδ' ἠβαιαί.* Est etiam sedes roboris; de animalibus *Δ* 245 *μετὰ φρεσὶ γίγνεται ἀλκή* (»Kraft zur Abwehr in der Brust«), *Π* 157 *τοῖσίν τε* (lupis carnivoris) *περὶ φρεσὶν ἄσπετος ἀλκή* *P* 111 *τοῦ δ' ἐν φρεσὶν ἄλκιμον ἦτορ παχνοῦται* »des bärtigen Löwen Herz in der Brust zieht sich erstarrend zusammen«, de Paride *Γ* 45 *οὐκ ἔστι*

1) V. A. Goebel »Zeitschr. für Alterthumsw. XVIII, 631«, Ameis »Anhang zu *Α* 103« p. 10.

βίη φρεσὶν οὐδέ τις ἀλκή »es ist keine Kraft im Herzen, auch keine Abwehr (Muth zur Abwehr)«, *Υ* 381 *φρεσὶν εἱμένος ἀλκήν*. *Θ* 202 *ὀλοφύρεται ἐν φρεσὶ θυμός* et 413 *ἐνὶ φρεσὶ μαίνεται*, *Π* 242 *θάρσυνον δέ οἱ ἦτορ ἐνὶ φρεσί* et 435 *δίχθα δὲ μοὶ κραδίη μέμονε φρεσὶν ὁρμαίνοντι*, *Κ* 232 *ἐνὶ φρεσὶ θυμὸς ἔτολμα*, *Ν* 487 *ἕνα φρεσὶ θυμὸν ἔχοντες*, *Φ* 386 *δίχα δέ σφιν ἐνὶ φρεσὶ θυμὸς ἄητο* (spirandi notio etiam apud Latinos ad cogitationem et mentem refertur), *ν* 320 *φρεσὶν ᾗσιν ἔχων δεδαϊγμένον ἦτορ*, *ο* 165 *πᾶσιν ἐνὶ φρεσὶ θυμὸς ἰάνθη* (»allen hob sich der Muth in der Brust«, Latine his locis vertere poteris in pectore), idem *Ω* 321, et *Ψ* 600 *μετὰ φρεσὶ θυμός ἰάνθη* (omisso *φρεσὶ* *δ* 549 *θυμὸς ἰάνθη*), *ο* 486 *ἐνὶ φρεσὶ θυμὸν ὀρίνας* (omisso *φρεσὶ* *ξ* 361), *σ* 344 *κῆρ ὥρμαινε φρεσὶν ᾗσιν*, *υ* 38 *θυμὸς ἐνὶ φρεσὶ μερμηρίζει*[1]) idem *π* 73, *Ψ* 172 *τῇγε σιδήρεος ἐν φρεσὶ θυμὸς* nam huic quidem ferreus in pectore animus est (»sie hat kein Gefühl für mich in der Brust«), *Ι* 462 *οὐκέτι — ἐρητύετ' ἐν φρεσὶ θυμός* patris in domo versari non iam potui (»ich konnte es nicht mehr aushalten« zu bleiben); Phoenicis haec verba sunt, qui perpetua quadam animi tristitia tum tenebatur. Praeclare describitur ignavus in insidiis locatus *Ν* 280 *οὐδέ οἱ ἀτρέμας ἧσθαι ἐρητύετ' ἐν φρεσὶ θυμός* animus non permittit, ut quiete sedeat (»sein seelischer Zustand gestattet ihm nicht still zu sitzen«).

Uterque numerus et singularis et pluralis, ut Latinorum pectus (»Herz«, »Brust«) de ratione et cogitatione (»vom Denkvermögen«) usurpantur, ubi Latinorum animus, mens respondet (nostr. Sinn, Geist, Seele); multi loci, qui supra commemorati sunt (s. v. *φρήν*) huc referendi sunt; deinde *φρεσὶ νοεῖν* *α* 322 *ὁ δὲ φρεσὶν ᾗσι νοήσας* (»da er es in seinem Innern merkte«), idem *γ* 26, *Ι* 600, *Ο* 81, *Υ* 310 (*μετὰ φρεσί*), *Χ* 235 *νῦν δ' ἔτι καὶ μᾶλλον νοέω φρεσὶ τιμήσασθαι* »jetzt gedenke ich dich noch weit mehr in meinem Herzen zu ehren«. *μετὰ φρεσὶ βάλλεσθαι* *Ι* 434 (*εἰ μὲν δὴ νόστον γε μετὰ φρεσὶ — βάλλεαι*) inducere in animum (sich im Geiste vornehmen), *λ* 428 *ἥτις δὴ τοιαῦτα μετὰ φρεσὶν ἔργα βάληται* »welch eine eben dergleichen Thaten sich in den Sinn kommen lässt«, *τ* 10 *ἐνὶ φρεσὶ ἔμβαλε δαίμων* et *Τ* 88 *φρεσὶν ἔμβαλον — ἄτην*, et qui versus audientiae faciendae inservit *ἄλλο δέ τοι ἐρέω, σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν* aliud autem tibi dicam, tu vero in mente repone tua, (cf. Verg. Aen. III 338 tu condita mente teneto) *λ* 454, *τ* 236, 495, 570, *π* 281, 299, *ρ* 548, *Α* 297, *Δ* 39, *Ε* 259, *Ι* 611, *Π* 444, 851, *Φ* 94; prius hemistichium etiam *Ψ* 82 et *Ο* 212 legitur. *ἐνὶ φρεσὶ ποιεῖν* *Ν* 55 *σφῶιν δ' ὧδε θεῶν τις ἐνὶ φρεσὶ ποιήσειεν*. *ἐν φρεσὶ γνῶναι* *α* 420 (*Τελέμαχος*) *φρεσὶ δ' ἀθανάτην θεὸν ἔγνω*, *χ* 501 *γίγνωσκε δ' ἄρα φρεσὶ πάσας*, *Α* 333, *Θ* 446 *ἔγνω ᾗσιν ἐνὶ φρεσίν*, *Π* 530, *Χ* 296, *Ω* 563 *σὲ γίγνωσκω — φρεσίν*. *θεῖναί τινί τι ἐν* vel *ἐνὶ φρεσί* (Einem etwas ins Herz *vel* in den Sinn legen) *α* 89 *καί οἱ μένος ἐν φρεσὶ θείω*, idem *δ* 729, *γ* 76 *αὐτὴ γὰρ ἐνὶ φρεσὶ θάρσος Ἀθήνη θῆχ'*, cf. *ζ* 140, *ξ* 227, *Π* 83 *ἐν φρεσὶ θείω*, (et addito accusativo *ἔπος* *λ* 146 et *Τ* 121), *ο* 234, *π* 282 *ἐνὶ φρεσὶ θήσει Ἀθήνη*, idem 291 (omisso *Ἀθ.*), *Ν* 121 *ἐν φρεσὶ θέσθε αἰδῶ καὶ νέμεσιν* (simil. *ἐνὶ θυμῷ* *Ο* 561 et 661) »scheuet und verarget es euch in euren Herzen«, *Π* 83 cum *μύθου τέλος*, *Φ* 145 cum *μένος*. *θεῖναι ἐπὶ φρεσίν* addito dativo personae legitur his locis *Α* 55, *Θ* 218, *σ* 158, *φ* 1 et obiecti loco (excepto *Α* 55) sequitur infinitivus; *ε* 427 plenum enuntiatum omisso dativo sequitur; *ἐνέπνευσε φρεσὶ δαίμων* addito dativo *τ* 138 et *θεὸς δέ μοι ἐν φρεσὶ*

---

2) cf. Fulda p. 183 sqq.

οἴμας παντοίας ἐνέφυσεν χ 347, quibus verbis Phemius Ulixis clementiam precatur. Frequens usus verborum φρεσὶν vel ἐνὶ φρεσὶν μέλειν cordi esse (»am Herzen liegen« vel »in Gedanken sein«): α 151 τοῖσιν — ἐνὶ φρεσὶν ἄλλα μεμήλει, η 208 ἄλλο τί τοι μελέτω (»mache dir Sorge«) φρεσίν, π 436, ν 362, ω 357, Σ 463, Τ 29, 213 τό μοι οὔτι μετὰ φρεσὶ ταῦτα μέμηλεν, 343: ἦ νύ τοι οὐκέτι πάγχυ μετὰ φρεσὶ μέμβλετ' Ἀχιλλεύς, Ω 152 θάνατος μελ. φρεσί, idem 181. Saepe φρεσί (vel ἐνὶ φρεσί) coniunctum est cum μερμηρίζειν (cf. quae s. v. φρήν dicta sunt); in Iliade plerumque est haesitare animo, etiam omisso φρεσί ut Μ 199, in Odyssea meditari: α 427 πολλὰ φρεσὶ μερμηρίζων, β 93 δόλον ἐνὶ φρεσὶ μερμ., λ 204 φρεσὶ μερμηρίξας (»nachdem ich es bedacht«), κ 438 μετὰ φρεσὶ μερμ., υ 41 μεῖζον ἐνὶ φρεσὶ μερμ. et χ 333 δίχα δὲ φρεσὶ μερμ., ω 128 ἀλλὰ δόλον τόνδ' ἄλλον ἐνὶ φρεσὶ μερμήριξεν. εἰδέναι τι φρεσίν legitur β 231 φρεσὶν αἴσιμα εἰδώς[1]), idem δ 632, ε 9, 206, η 327, ν 417 ἐνὶ φρεσὶ πάντ' εἰδυῖα, ξ 433 περὶ γὰρ φρεσὶν αἴσιμα ᾔδη (significatur secandi ars), τ 248 ὅτι οἱ φρεσὶν ἄρτια ᾔδη »weil er (ihm) rechten Sinnes war«, idem Ε 326, Β 213 ὅς (Thersites) ῥ' ἔπεα φρεσὶν ᾗσιν ἄκοσμά τε πολλά τε ᾔδη (de morum habitu), Β 301, Θ 366 ᾔδε' ἐνὶ φρεσὶ πευκαλιμῇσιν, Ρ 325 φίλα φρεσὶ μήδεα εἰδώς; Ω 282 πυκινὰ φρεσὶ μήδε' ἔχοντες, idem 674; Φ 61 ἴδωμαι ἐνὶ φρεσὶν ἠδὲ δαείω, Ω 197 τί τοι φρεσὶν εἴδεται εἶναι; »was räthst du mir«? »theilst du meine Ansicht«? δεῖσαι adiunctum habet κατὰ φρένα Λ 555, ω 353, Ι 244 (cf. s. v. φρήν), μετὰ φρεσὶ δ 825: θάρσει, μηδέ τι πάγχυ μετὰ φρεσὶ δείδιθι λίην, Κ 538 δείδοικα μετὰ φρεσί. Ω 171 θάρσει — φρεσί, μηδέ τι τάρβει. μήδεσθαί τι ἐνὶ φρεσίν γ 132 Ζεὺς λυγρὸν ἐνὶ φρεσὶ μήδετο νόστον Ἀργείοις, λ 474 ἐνὶ φρεσὶ μήσεαι ἔργον, Φ 19 κακὰ δὲ φρεσὶ μήδετο ἔργα, idem Ψ 176. ὑφαίνειν ἐνὶ φρεσὶ μῆτιν δ 739; φράζεσθαι ἐνὶ φρεσὶ μῆτιν Ι 423, et φράζ. ἐν φρεσίν sequenti ὅπως Υ 116. Huc etiam referendum est α 115 ὀσσόμενος πατέρ' ἐσθλὸν ἐνὶ φρεσίν, εἰ »hinblickend in Gedanken auf den trefflichen Vater, wenn« (sequitur id, quod optatur). Ξ 165 Iuno constituit ἐπιχεῦαι ὕπνον ἐπὶ βλεφάροισιν ἰδὲ φρεσὶ πευκαλ. Iovis palpebris et menti prudenti infundere somnum (dem Zeus Schlaf senden auf die Augenlider und in den verständigen Sinn). Quae percipiuntur, vel oculis conspiciuntur vel mente comprehenduntur. Similis locus est Κ 139 περὶ φρένας ἤλυθ' ἰωή. α 328 φρεσὶ σύνθετο θέσπιν ἀοιδὴν κούρη Ἰκαρίοιο[2]) α 444 βούλευε φρεσὶν ᾗσιν ὁδόν (Telemachus) iter animo volvebat[3]) »überlegte in seinen Gedanken den Weg«. Eandem fere significationem habet μενοινᾶν τι φρεσίν (»im Sinne überdenken«) β 34, ζ 180, ο 111, ρ 335, Ξ 221, et μετὰ φρεσί 264. ὁρμαίνειν τι φρεσίν γ 151 χαλεπὰ φρεσὶν ὁρμαίνοντες, δ 843, Κ 4; ἐπίσταιτο ᾗσι φρεσὶν ἄρτια βάζειν, idem Ξ 92, δάειν φρεσί θ 448 ὅν ποτέ μιν δέδαε φρεσὶ πότνια Κίρκη »welchen (Knoten) ihn einst die hehre Kirke im Geiste gelehrt hatte«; animus doctrinam percipit. β 363 τίπτε δέ τοι — ἐνὶ φρεσὶ τοῦτο νόημα ἔπλετο »warum hast du denn diesen Plan im Sinne«? ο 326, ξ 273 Ζεὺς ἐνὶ φρεσὶ τοῦτο ν. ποίησ' »gab diesen Plan in den Sinn«, ι 11 τοῦτο τί μοι κάλλιστον ἐνὶ φρεσὶ φαίνεται εἶναι »dies scheint mir im Sinne etwas

---

1) Addito φρεσί significatur, animum esse quasi sedem et fontem cognitionis eorum, quae aequa, iusta, utilia sint; cf. Fuld. p. 119.

2) Fulda p. 74 φρεσί pro θυμῷ metrica necessitate usurpatum esse statuit.

3) βουλεύεσθαι omisso φρεσίν secum volvere significat Β 114, Ι 21.

gar schönes zu sein«; *Φ* 101 *πεφιδέσθαι ἐνὶ φρεσὶ φίλτερον ἦεν* (parcere (Troianis) animo meo gratius erat (schonen war angenehmer *vel* lieber im Sinne); *ω* 435 *μετὰ φρεσὶν ἡδὺ γένοιτο.* Huc etiam referendum est *Α* 107 *αἰεί τοι τὰ κάκ' ἐστὶ φίλα φρεσὶ μαντεύεσθαι* semper quae mala sunt animo tuo placent ad vaticinandum »immer ist dir das, was böse ist, lieb im Sinne, es zu weissagen«; infinitivus explicationis caussa additus est. *βυσσοδομεύειν ἐνὶ φρεσίν* *δ* 676 de consilio, quod proci inierant; *βυσσοδομεύειν*, quod proprie significat fundamenta iacere »gründen«, addito vocabulo *φρεσί* ad animi facultatem refertur, ad consilium procorum initum (»den von den Freiern erdachten Anschlag«); *κακὰ φρεσὶ βυσσ.* *ϑ* 273 et *ρ* 66, omisso *φρεσί* *ι* 316. *κεύθειν ἐνὶ φρεσίν* *Ι* 312 sq.:

ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς Ἀΐδαο πύλῃσιν,
ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθῃ ἐνὶ φρεσίν, ἄλλο δὲ εἴπῃ,

verba Achillis sunt de eo, qui aliud sentit, aliud loquitur. *ἀλεείνειν* (vitare »ausweichen«) *φρεσὶ θεοπροπίην* *Λ* 794 et *Π* 36. Bis legitur *περὶ φρένας ἔμμεναι ἄλλων* *Ν* 631 et *Ρ* 171 de Iove et de Glauco; similis est locus *α* 66 *ὃς περὶ μὲν νόον ἐστὶ βροτῶν, περὶ δ' ἱρὰ θεοῖσιν ἀθανάτοισιν ἔδωκεν* (de Ulixe).

ἔλπεσθαι ἐνὶ φρεσίν *ι* 419, *φ* 157, et *ἔολπας ἐνὶ φρ.* *Φ* 583. Frequentius *θυμός* et *ἔλπεσθαι* coniuncta leguntur.

Φρένες saepe respondet nostro vocabulo »Verstand«, Gedanken, Sinn, ut *φρένες ἐσθλαὶ* sana mens (gesunder Sinn, gesunde Gedanken) quam Minerva Penelopae tribuisse dicitur *β* 117, *η* 111. Alcinous *λ* 367 Ulixis et *μορφήν* (decorem) *ἐπέων* et *φρένας ἐσθλάς* admiratur (Anmuth der Worte und gesunden Sinn), *Ρ* 470 *ἐξέλετο φρένας ἐσθλάς*, eadem fere significatione *ἐξ ἄρα δή τοι ἔπειτα θεοὶ φρένας ὤλεσαν αὐτοί* *Η* 360, idem *Μ* 234; *Ξ* 95 *νῦν δέ σοι ὠνοσάμην πάγχυ φρένας* »nun muss ich deinen Unverstand schelten«, ad *νῦν δέ* facile cogitatione suppletur: *ἐπεὶ οὐκ ἄρτια βάζεις*, idem versus *Ρ* 173. *φρένας βλάπτειν* »den Verstand bethören« *ξ* 178, *Ο* 724[1]), *φρένας ἑλεῖν* *Π* 805 *ἄτη φρένας εἷλε*, *Τ* 88 *φρεσὶν ἔμβαλον — ἄτην*, et *ἐξέλεσθαι* *Τ* 137 et *Ζ* 234 *φρένας ἐξέλετο Ζεύς*, Juppiter hoc loco effecisse dicitur, ut Glaucus de statu mentis deiectus armorum pretio nihil moveretur. *Ι* 377 *φρένας εἵλετο μητίετα Ζεύς*, verba Achillis sunt, qui Iovem effecisse dicit, ut Agamemno nimis superbus esset, *Ρ* 470; *Σ* 311 *ἐκ γάρ σφεων φρένας εἵλετο Παλλὰς Ἀθήνη* de nimia Troianorum confidentia, *ἐκπλήσσειν φρένας* *Ν* 394 *ἐκ δέ οἱ ἡνίοχος πλήγη φρένας* et *Π* 403. Mentis status etiam vino mutatur, *ι* 362 *περὶ φρένας ἤλυθεν οἶνος*[2]), 454 *δαμασσάμενος φρένας οἴνῳ*, *σ* 331 *οἶνος ἔχει φρένας* (benebelt, locutio generalior quam antecedens), 391; *τ* 122 *βεβαρηότα με φρένας οἴνῳ*, *φ* 297 *φρένας ἄασεν οἴνῳ* »verblendete, umnebelte durch Wein«, idem 301[3]). *Ω* 201 *πῇ δή τοι φρένες οἴχονται;* *φρένες* et *εἶδος* vel similia coniuncta sunt: *δ* 264 *οὔτ' ἄρ' φρένας οὔτε τι εἶδος*, *ϑ* 168 *οὔτε φυὴν οὔτ' ἄρ' φρένας οὔτ' ἀγορητύν*, *λ* 337 *εἶδός τε μέγεθός τε ἰδὲ φρένας ἔνδον ἐΐσας* et *σ* 249, *ἐπὶ εἴδεϊ καὶ φρένες ἦσαν* *ρ* 454; *φρένας ἔνδον ἐΐσας* *ξ* 178; *ψ* 14 *οἵ σέ περ ἔβλαψαν, πρὶν δὲ φρένας*

---

1) Fulda p. 77: »bezeichnet die Lähmung der Geisteskräfte«.
2) cf. Fulda p. 130. 147.
3) cf. Fulda p. 308.

αἰσίμη ἦσθα (h. l. *αἴσιμος = ἐσθλός*). *οὐ δέμας οὐδὲ φυήν, οὔτ' ἂρ φρένας οὔτε τι ἔργα* *A* 115 et *N* 432 *κάλλεϊ καὶ ἔργοισιν ἰδὲ φρεσί.* *Ω* 40 *φρένες ἐναίσιμοι* (billiger Sinn) et *νόημα γναμπτόν* coniuncta sunt; *ω* 382 *σὺ δὲ φρένας ἔνδον ἰάνθης.* *I* 184 *μεγάλας φρένας* magnum animum (hohen Sinn) significat. *Σ* 446 de Achille Briseidem lugente *ὁ τῆς ἀχέων φρένας ἔφθιεν* »er schwand dahin in Bezug auf seine Lebenskraft«, ut 461 *θυμὸν ἀχεύων.* *σ* 327 *φρένας ἐκπεπαταγμένας ἐσσί* (»im Geiste verrückt), *ἐκπατάσσειν* proprie palpitare (klopfen, schlagen) *N* 282 addito vocabulo *φρένας* ad animum refertur; *φρένας ἠλεέ* corde et sensu stulte (irre) *β* 243, *O* 128; *ν* 327 *ἵν' ἐμὰς φρένας ἠπεροπεύσῃς,* *ο* 421 *τάτε φρένας ἠπεροπεύει θηλυτέρῃσι γυναιξί.* *κ* 533 *οὔτε φρεσὶν ᾗσιν ἀρήρως* (»nicht stark in geistiger Beziehung«); *ξ* 290 *ὅς μ' ἄγε παρπεπιθὼν ᾗσι φρεσίν* »der führte mich (fort) überredend durch seine Klugheit (listiger Weise)«. Sed *P* 260 *τῶν δ' ἄλλων τίς κεν ᾗσι φρεσὶν οὐνόματ' εἴποι* »aus seinem Sinne« i. e. deo non adiuvante. *ο* 445 *ἀλλ' ἔχετ' ἐν φρεσὶ μῦθον* »behaltet im Sinne (in Gedanken) die Mittheilung«. *ρ* 238 *ἀπετόλμησε, φρεσὶ δ' ἔσχετο* »Odysseus hielt sich in seinem Herzen (vel: in seiner Aufregung)«. *τ* 353 *πυκινὰ φρεσὶ μήδε' ἔχουσα* »kluge Rathschläge kennend«, idem *Ω* 282; *σ* 216 *ἐνὶ φρεσὶ κέρδε' ἐνώμας* »du hast Klugheit im Sinne bewiesen«; *B* 33 et 70 *σῇσιν ἔχε φρεσίν* »behalte in deinen Gedanken«; *ἐρύεσθαι φρεσί* *π* 459. *ἐνὶ φρεσὶ φρονεῖν* *ξ* 82 *οὐκ ὄπιδα φρονέοντες ἐνὶ φρεσίν* »nicht an Strafe der Götter in Gedanken denkend«. Quod de Antilocho *N* 558 legitur: *τιτύσκετο φρεσὶν ᾗσιν,* idem Phaeacum navibus tribuitur, quae *θ* 556 appellantur: *τιτυσκόμεναι φρεσὶ νῆες* »die im Geiste Zielenden« i. e. mente praeditae (559) cognita vehentium hominum voluntate et cogitationibus ipsae se dirigunt. Etiam Vulcani simulacris *φρένες* tribuuntur *Σ* 419 *τῇς ἐν μὲν νόος ἐστὶ μετὰ φρεσίν.*

Φρένες etiam ad sensum (Gefühl) refertur; significat plerumque animum, ut *φρεσὶ χαίρειν* *N* 609 *ὁ δὲ φρεσὶν ᾗσι χάρη καὶ ἐέλπετο νίκην,* quibus verbis Pisander illuditur, qui postquam laetatus victoriam speravit superatur; *ἄχος μιν φρένας ἀμφιβέβηκε* (circumdedit, umringte) *θ* 541, et *ἄχος ἐστὶ μετὰ φρεσίν* *ρ* 470 dolor in corde est »Wehe und Schmerz ist im Herzen«; *ἔρως φρένας ἀμφεκάλυψεν* *Γ* 447 et *Ξ* 294, *πόνος φρένας ἀμφιβέβηκεν* *Z* 335, *ἄχος πύκασε φρένας ἡνιόχοιο* *Θ* 124 et 316, *τερφθείη φρεσὶν ᾗσιν* *ε* 74, conf. *θ* 368, *T* 19 *ἐπεὶ φρεσὶν ᾗσι τετάρπετο δαίδαλα λεύσσων,* *K* 237 *αἰδόμενος σῇσι φρεσίν,* *η* 218 *ἐνὶ φρεσὶ πένθος ἔχοντα* et 219 *πένθος ἔχω,* *θ* 154 *κήδεά μοι καὶ μᾶλλον ἐνὶ φρεσὶν ἤπερ ἀέθλοι,* *λ* 195 *μέγα δὲ φρεσὶ πένθος ἀέξει,* *σ* 324 *πένθος ἐνὶ φρεσὶ Πηνελοπείης* dolorem Penelopes i. e. propter Penelopen in pectore »Leid um Penelope im Herzen«, *τ* 347, *ἥτις δὴ τέτληκε τόσα φρεσίν, ὅσσα δ' ἐγώ περ* »welch eine bereits soviel Wehe im Herzen ertragen hat als ich«; *ω* 233 *μέγα δὲ φρεσὶ πένθος ἔχοντα,* 423 *ἐνὶ φρεσὶ πένθος ἔκειτο* (»lag«); *A* 362 *φρένας ἵκετο πένθος* idem *Σ* 73; quemadmodum his locis tristitia in animum venisse dicitur, sic *υ* 228 legitur *πινυτὴ φρένας ἵκει* prudentia venit in pectus »Klugheit trifft (kömmt in) den Sinn«, quod minus aptum videatur; *A* 342 *ὅ γ' ὀλοῇσι φρεσὶ θύει,* *B* 241 *ἀλλὰ μάλ' οὐκ Ἀχιλῆι χόλος φρεσίν* »aber Achilleus kann nicht recht zürnen, sonst —«;[1]) *Σ* 88 *πένθος ἐνὶ φρεσί,* *Σ* 430 *ἐνὶ φρεσὶ — κήδεα λυγρά,* *Ω* 105 *πένθος ἄλαστον ἔχουσα μετὰ φρεσί, δάκε δὲ φρένας Ἕκτορι μῦθος* *E* 493; *O* 61 *ὀδυνάων, αἳ νῦν μιν τεί-*

1) cf. Fulda p. 209.

ρουσι κατὰ φρένας, *Ω* 114 φρεσὶ μαινομένῃσι de implacabili Achillis animo, *δ* 777 ἐνὶ φρεσὶν ἤραρεν ἡμῖν (placuit, »war genehm«, Ameis: »das offenbar auch allen gefallen hat«), *Π* 61 κεχολῶσθαι ἐνὶ φρεσίν, *Τ* 127 χωόμενος φρεσὶν ᾗσιν, *Κ* 139 περὶ φρένας ἤλυθ' ἰωή (cf. supra p. 8) et *ρ* 261 περὶ δέ σφεας ἤλυθ' ἰωὴ φόρμιγγος sonus citharae eos circumsonuit, *Λ* 89 περὶ φρένας ἵμερος αἱρεῖ, *Κ* 10 τρομέοντο δέ οἱ φρένες ἐντός »es bebte ihm drinnen das Herz (Gemüth)«, de forma activa addito accus. φρένα cf. supra; *ξ* 88 δέος ἐν φρεσὶ πίπτει „befällt ihr Gemüth«, *χ* 298 τῶν δὲ φρένες ἐπτοίηθεν illorum pectora percellebantur dolore „ihr Gemüth war in Schrecken gebracht, zagt"; *ξ* 337 τοῖσιν δὲ κακὴ φρεσὶν ἥνδανε βουλή *ω* 465 οὐ γάρ σφιν ἅδε μῦθος ἐνὶ φρεσίν.

Φρένες etiam ad voluntatem refertur et significat mentem, voluntatem, ingenium (Sinn, Gesinnung) ut φρένας τρέπειν *Ζ* 61 ἔτρεψεν ἀδελφειοῦ φρένας ἥρως, cf. supra φρὴν ἐτράπετο Διός *Κ* 45. φρεσὶ γὰρ κέχρητ' ἀγαθῇσιν *γ* 266 »sie hegte eine gute Gesinnung, hatte ein gutes Herz«; idem *ξ* 421 et *π* 398; de honesta mente etiam *ω* 194 ἀγαθαὶ φρένες ἦσαν et *Ν* 115 ἀκεσταί τοι φρένες ἐσθλῶν, *Ο* 203 στρεπταὶ μέν τε φρένες ἐσθλῶν. De Iove *Θ* 360 πατὴρ φρεσὶ μαίνεται οὐκ ἀγαθῇσιν. μαίνεσθαι addito vocabulo ἦτορ vel φρένες ad furorem mentis refertur. Ad ingenium φρένες revocandum est etiam *Γ* 108 φρένες ἠερέθονται »der Sinn (die Gesinnung) ist flatterhaft, luftig«. *Δ* 104 φρένας ἄφρονι πεῖθεν »er gewann, er überredete ihn«, idem *Π* 842, cf. *α* 43, *Μ* 173, *Ι* 184; *Η* 120 παρέπεισεν ἀδελφειοῦ φρένας ἥρως, idem *Ν* 788; *Ι* 119 ἀασάμην φρεσὶ λευγαλέῃσι πιθήσας »dem unseligen (alioquin οὐλόμενος) Sinne folgend«, *Ο* 194 Neptunus, qui postulat, ut Juppiter ea parte mundi, quam acceperit, contentus sit, iratus addit τῷ ῥα καὶ οὔτι Διὸς βέομαι φρεσίν nequaquam ex mente Iovis vivam »ich werde mich nicht nach des Zeus Willen fügen«.

Quae de vi atque usu vocabuli φρένες dicta sunt, ea quo facilius intellegantur paucis verbis complectemur. Praecipua hominis pars corpus est, quare quum de anima et corpore apud Homerum sermo est, illa suo nomine, corpus pronomine αὐτός appellatur. Fundamentum corporis vitae ψυχή est; ea vita, quae sub sensus non cadit, ταῖς φρεσίν continetur. Primaria huius vocis significatio ad locum redit; respondet enim Latinorum vocabulo praecordia et eam corporis partem significat, quae ventrem superiorem ab inferiore separat; qua tanquam sede quum antiquissimis Graecis ingenii facultates collocatae esse viderentur, φρένες paulatim non tam sedem mentis, sensus, voluntatis, sed per metonymiam id ipsum, quo animadvertimus, sentimus, cupimus, significavit[1]). Ὁ θυμός, qui corpore caret, id fere est, quod Latini animum dicunt, agitque ea, quae animus agere solet. Quare quae τῷ θυμῷ tribuuntur, μένος, νοῦς, μῆτις, βουλή, eadem ταῖς φρεσίν continentur.

De verbis addito φρων copulatis.

Addito φρων interna quaedam vis ac natura animi significatur; saepe apud Homerum aliosque scriptores eadem vox abundare videtur aut ita addita esse, ut iure abesse possit. Tum voces

---

1) Plura de ea re qui cupiunt, adeant Naegelsb. Theol. Hom. p. 331 sqq. Eandem fere sententiam secutus est Doederl. Gloss. 952, nisi quod aliam vocis φρήν originem statuit.

simplices et compositae ad eandem fere notionem redeunt (ἀγανόφρων — ἀγανός, ἀταλάφρων — ἀταλός). Eadem ratione germanicae linguae illud sinnig, müthig multis notionibus additur.

ἀγανόφρων de Achille irato *Y* 467 miti et leni ingenio (milden Sinnes, sanftmüthig).

ἀγανοφροσύνη λ 203, *Ω* 772 σῇ τ' ἀγανοφροσύνῃ καὶ σοῖς ἀγανοῖς ἐπέεσσιν »durch deine Sanftmuth und durch deine sanften Worte«.

ἀεσίφρων mente captus, (Meiring. substant. copul. Marcod. 1828 II 19: qui occaecatam habet mentem, cui interpretationi poetae ipsius auctoritas accedere videtur φ 301 φρεσὶν ᾗσιν ἀασθείς) »unverständig« φ 302 (θυμός), *Y* 183 (opp. ἔμπεδος), ψ 603 οὔ τι παρήορος οὐδ' ἀεσίφρων (paraphr. ἄνους) »nicht übermüthig, auch nicht unverst.«

ἀεσιφροσύνη mentis occaecatio (Unverstand) ο 470 ἀεσιφροσύνῃσιν „in Verblendung« (Düntz. leichtfertigen Sinnes).

ἀρτίφρων sehr verständig ω 261.

ἀταλάφρων mollis et tener animo jugendlich zarten Sinnes, zartsinnig *Z* 400.

ἄφρων stultus, imprudens, amens unverständig ζ 187 οὔτε κακῷ οὔτ' ἄφρονι φωτὶ ἔοικας, idem υ 227, plerumque de personis ϑ 209, ρ 586, φ 102, *Δ* 104, *E* 761 de Marte (demens wüthend), 875 de Minerva, *Λ* 389 πάϊς ἄφρων, *Π* 842, *Ω* 157 et 186 coniunctum cum ἄσκοπος (unvorsichtig) et ἀλιτήμων (frevelnd); φ 105 θυμός, φ 102, ubi oppositum est ἐπίφρων, *Γ* 220 ἄφρονα τ' αὔτως so ganz unverständig, sch. L. ἄ. δὲ διὰ τὸ ἀκίνητον τοῦ σκήπτρου.

ἀφροσύνη *H* 110 dementia Unbesonnenheit, π 278 et ω 457 plur. imprudenter facta, unbesonnene Handlungen.

ἀφραίνειν insanire, desipere unverständig handeln υ 360, *B* 258, *H* 109 schol. V. παραφρονεῖς, παραίνεις, ἀφραίνεις, quorum primum probat Doederl. Gl. 954.

δαΐφρων, de radice, usu, significatione apud Homerum dixi »Lexikalische Bemerkungen« II p. 25 sqq.

δολοφροσύνη occulta et dolosa cogitatio, das Sinnen auf List, List, plur. fraudes, fallaciae Ränke *T* 97 plur. 112 sing.; δολόφρων doloso animo apud Homerum non legitur, sed δολοφρονέων (verbi δολοφρονεῖν callide cogitare) κ 339, σ 51, φ 274, *Γ* 405, *Ξ* 197, 300, 329, *T* 106.

ἐπίφρων qui animum applicat ad rem, prudens seinen Sinn auf etwas richtend, bedachtsam, klug (Meir. subst. cop.: qui mentem praesentem habet; Suid. *I*, 2, 484 συνετός). Non .in Iliade; γ 128 cum βουλῇ, π 242 cum accusat. relat., ψ 12 ἄφρων oppositum est, τ 326 νόον καὶ ἐπίφρονα μῆτιν,

ἐπιφροσύνη prudentia Klugheit ε 437, plur. τ 22 cum ἀνελέσθαι prudenter cogitata animo concipere Vernunft annehmen.

εὐφραίνειν exhilarare erfreuen, c. accus. pers. ν 44, *E* 688, *H* 284, 297, *P* 28, *Ω* 102, νόημα ἀνδρός υ 82; genus med. β 311 »sich freuen«.

ἐύφρων (cf. Meir. I, 26) laetum animum habens heiteren Sinnes ρ 531 ἐπεί σφισι θυμὸς ἐΰφρων »da ihr Gemüth heiter gestimmt war«, eadem significatione εὔφρων *O* 99; sed οἶνον ἐύφρονα *Γ* 246 laetum animum faciens erheiternd (aliter Ameis. l. l.) εὐφροσύνη (etiam εὐφρ.

cf. Ameis Anhang ad υ 8) hilaritas, voluptas mentis, Heiterkeit, Frohsinn κ 465, υ 8, ψ 52, plur. ζ 156.

ἐχέφρων (Meir. II, 9 qui habet prudentiam) qui tenet, intendit mentem verständigen Sinnes, klug δ 111 (Penelop.), ν 332 (c. ἀγχίνοος), 406, π 130, 458 (Penel.), ρ 390 (Penel.), ω 198 (Penel.) et 294 (Pen.); in Iliade semel *I* 341; apud Ameis. etiam ρ 326 cum *μῆτις*.

Ἐχέφρων Nestoris filius γ 413 et 439.

κερδαλεόφρων qui lucrum spectat, cogitat, vafer, astutus, schlausinnig, verschlagen *Α* 149, *Δ* 339.

κρατερόφρων fortis mente, starksinnig, muthig δ 333, λ 299, (de Cast. et Pulluc.), ρ 124 (de imbellibus fortis viri in lecto) idem δ 333, *Ξ* 324 (de Hercule), *K* 184 *θήρ* (leo).

Λυκόφρων *O* 430 (»Wolfhart«?).

μελίφρων dulcis velut mel, honigsinnig, süss, laetificans (cf. Ameis δ 622) η 182, κ 356, ν 53, ο 148, ω 489, *B* 34 (*ὕπνος*), *Z* 264 (de vino), *Θ* 188 (de tritico), 506, 546, *Ω* 284; id quod efficitur aliqua re tanquam rei insitum cogitatur (Meir. I, 31 personificatione quadam ad res inanimas transfertur).

ὀλοόφρων qui perniciosa cogitat Verderben sinnend α 52, κ 137, λ 322 de hominibus, *B* 723 *O* 630, *Σ* 21 de animalibus.

ὁμόφρων (eadem cogitans) concors, gleichsinnig, einmüthig *X* 263 *θυμός*,

ὁμοφροσύνη unanimitas ξ 181 ο 198 (plural.).

περίφρων valde prudens, umsichtig (proprie: sehr sinnig), epitheton mulierum λ 345 *βασίλεια*, quater de Euryclea (τ 357, 491, υ 134, φ 381), de filia Adrasti *E* 412; saepissime (51 locis) Penelope eo apposito ornata est.

πολύφρων multum intellegens, valde sapiens, vielsinnig, sehr klug α 83 (Baeuml. *δαΐφρονα* habet) θ 297, 327, ξ 424, 464, υ 239, 329, φ 204, *Σ* 108 *Φ* 367.

πρόφρων propenso animo mit geneigtem Sinn, benevolus gütig, plerumque ad praedicatum refertur (quasi adverbii loco positum), id quod β 230 apparet:

μήτις ἔτι πρόφρων ἀγανὸς καὶ ἤπιος ἔστω

»keiner sei ferner geneigten Sinnes mild und gütig«, quo loco *πρόφρων* et *ἀγανὸς καὶ ἤπιος* non *ἐκ παραλλήλου* posita sunt; idem versus ε 8 repetitur; eadem significatione legitur β 387, τ 398, *Α* 77, *Θ* 175, θ 498, ι 355, ν 359, *Α* 150, 543, *K* 290 *πρόφρασσα παρέστης* »(da du) willfährig beistandst«, *Ξ* 71, 357 *πρόφρων — ἐπάμυνε* »hilf nach deiner Neigung, nach deinem Herzen«; *Φ* 500 *ἀλλὰ μάλα πρόφρασσα — εὔχεσθαι* »rühme dich immerhin nach deinem Herzen«. Significat etiam libenti, prompto animo (gern, mit vollem Herzen) π 257, β 387, ε 143, 161, ξ 54 (willig), υ 372, ψ 314, *I* 480, hac significatione plerumque cum *ὑποδέχεσθαι* coniunctum est; *K* 244 *οὗ πέρι μὲν πρόφρων κραδίη καὶ θυμὸς ἀγήνωρ* »dessen Herz und mannhafter Muth sich vor Allem bereitwillig zeigt«; *P* 353, *Ψ* 647 (gern); ironice dictum est ξ 406 *πρόφρων κεν δὴ ἔπειτα Δία λιτοίμην* promptus sane tum Iovi (hospitum protectori) supplicare possem (si te interficerem)« ernstlich (getrost) würde ich dann wohl Zeus bitten« = non possem; deinde serio, consulto »in vollem Ernst« significat *Θ* 23, et 39 sq. Juppiter Minervam alloquitur:

θάρσει τριτογένεια, φίλον τέκος, οὔ νύ τι θυμῷ
πρόφρονι μυθέομαι, ἐθέλω δέ τοι ἤπιος εἶναι,

hi versus, qui etiam X 183 sq. leguntur, perpetuam quandam loquendi formulam sapiunt; Aristarchus eos priore loco minus aptos esse dicit, *ὅτι ἐξ ἄλλων τόπων μετάκεινται.* Eadem significatione *πρόφρονι θυμῷ* *Ω* 140 et *πρόφρασσα* *κ* 386 (serio, ernstlich i. e. ohne Arg) usurpatum est.

προφρονέως *E* 810 *καί σε προφρονέως κέλομαι Τρ. μάχεσθαι,* ubi *προφρ.* cum *κέλομαι* coniungendum est: »ich befehle dir aus eigenem Antrieb (ultro)«, ut 816 cum *ἐρέω* »ich sage gern (das Wort)«; *H* 160, *Z* 173 *προφρονέως μιν τῖεν* »freundlich ehrte er ihn«; *P* 224 *προφρονέως ῥύεσθαι* »bereitwillig retten«.

σαόφρων sanae mentis von gesundem Sinne, *δ* 158 modestus (besonnen) *Φ* 462 mentis integrae (verständig).

σαοφροσύνη status bene cogitandi Bedächtigkeit *ψ* 13, plur. 30 *σαοφροσύνῃσι* prudenter (aus Bedacht).

ταλασίφρων (poetam ipsum quasi interpretem huius vocis habes *E* 670 *τλήμονα θυμὸν ἔχων*) qui multa perfert, patiens, duldsinnig, de Ulixe *α* 87, 129, *γ* 84, *δ* 241, 270, *ε* 31, *ρ* 34, 114, 292, 510, *σ* 311, *Λ* 466; omnibus his locis genitivus *Ὀδυσσῆος ταλασίφρονος* legitur; semel omisso substant. *ταλασίφρονά περ* *Δ* 421 vel constantem virum (subripuisset timor) selbst den Standhaften (würde wohl Furcht davor ergriffen haben); *N* 300 *ταλάφρονά περ* eadem significatione legitur.

φιλοφροσύνη benevolentia, sensus amicus, Freundlichkeit *I* 256; *φιλόφρων* apud Pindarum demum reperitur.

φρόνις prudentia Einsicht *γ* 244 et *δ* 258 *κατὰ δὲ φρόνιν ἤγαγε πολλήν* multum notitiae retulit »Odysseus brachte (von Troja) viel Kenntniss der (dortigen) Verhältnisse zurück«.

Φρόνιος homo acutus ad cogitandum (meditator) Denker, pater Noemonis *β* 386 *Φρονίοιο Νοήμονα,* Catonem Prudentii filium cf. Nitzsch. ad h. l., *δ* 630 et 648 *Φρονίοιο Νοήμων; Νοήμων* praeterea legitur *E* 678 et *Ψ* 612 cf. infra s. v. Veteres interpretes (schol. Venet. ad I 137) dicunt, heroes Homericos *τὰ ὀνόματα ἀπὸ τοῦ ἑτοίμου λαμβάνειν.* Eiusmodi nomina significantia (quasi perlucida) haud raro apud Homerum occurrunt, sic *E* 60 *τέκτων* patronymico *Ἁρμονίδης* ornatur, *χ* 330 Phemius *Τερπιάδης* appellatur, *Περίφας* praeco *Ἠπυτίδης* (quemadmodum *H* 384 *ἠπύτα κῆρυξ*), *Μαίων* (*μα — μῆτις*) *Αἱμονίδης* (der Sinner des Kundigen Sohn). In primis autem Phaeacum nomina huc referenda sunt naves vel navigandi studium significantia[1]).

Φρόντις gubernatur Menelai *γ* 282 *Φρόντιν Ὀνητορίδην*; femininum *P* 40 (uxoris Panthoi), si Lob. Patholog. Pr. p. 512. fides est, *Φροντίς* scribendum.

χαλίφρων (cf. Meir. II, 19) mente et cogitatione remissus, stupidus (schlaffsinnig, thöricht, fahrlässig) opp. *ἐχέφρων* et *ἐπίφρων* *δ* 371 et *τ* 530. *χαλιφροσύνη* socordia semel legitur *π* 310, *χαλιφρονέοντα* *ψ* 13 cf. *φρονεῖν.*

μετάφρενον tergum, proprie: pars corporis posita pectori e regione (»das dem Zwerchfell

---

1) Saepe etiam liberorum nomina parentum fortunae, condicioni, occupationi originem debere suam multa exempla declarant: Telemachus, Ulixis filius, Neoptolemus, Achillis f., Megapenthes *δ* 11, Menelai et Helenae f., *Ἀλκυόνη* *I* 562, *Ἀστυάναξ* *Z* 403 (*οἶος γὰρ ἐρύετο Ἴλιον Ἕκτωρ*) al.; fuerunt, qui poetae ipsius nomen eodem pertinere statuerent cf. Düntzer Homerische Fragen p. 24.

gegenüber Liegende«, »der obere Rücken«), in Odyssea semel *ϑ* 528, saepe in Iliade *B* 265, 267, *E* 40 *μεταφρένῳ ἐν δόρυ πῆξεν*, 56 *μεταφρ. οὔτασε δουρί*, *Θ* 95, 258, *K* 29, *Λ* 447, *M* 428 (plural.), *Π* 791, 806, *P* 502, *Y* 402, 488, *X* 283, *Ψ* 380.

Φ ρ ο ν ε ῖ ν [1]).

Uno loco *φρονεῖν* sui compotem esse significat *X* 59:

πρὸς δ' ἐμὲ τὸν δύστηνον ἔτι φρονέοντ' ἐλέησον

miserere mei infelicis, qui adhuc vivam »dazu erbarme dich meiner, des unglücklichen, der ich noch lebe«, quibus verbis Priamus Hectorem absecrat et obtestatur, ne se proelio committat; significat, misericordiam sibi mox non profuturam. *φρονεῖν* usurpari solet de variis animi actionibus maximeque ad rationem, cogitationem, voluntatem (»Denk- und Wollens-Vermögen«) refertur; 1. significat cogitare, deliberare (denken, überlegen) *Z* 79 *ἄριστοι — μάχεσθαί τε φρονέειν τε* »die Besten im Kämpfen und Ueberlegen«, *Ψ* 343 *ἀλλά, φίλος, φρονέων πεφυλαγμένος εἶναι*, praecipue *φρονεῖν ἀνὰ θυμὸν* *β* 116, *B* 36: *τὰ φρονέοντ' ἀνὰ θυμόν, ἅ ῥ' οὐ τελέεσθαι ἔμελλον* »das überdenkend, was ja — bekanntlich — nicht in Erfüllung gehen sollte«; et *β* 156:

ὥρμηναν δ' ἀνὰ θυμόν, ἅπερ τελέεσθαι ἔμελλον.

Etiam cum *ἐνὶ θυμῷ* *κ* 317 (*κακά*), *η* 42 et 75 et *ζ* 313 (*φίλα*), *Θ* 430; *K* 491 *τὰ φρονέων ἀνὰ θυμόν, ὅπως*, *Σ* 4:

τὰ φρονέοντ' ἀνὰ θυμόν, ἃ δὴ τετελεσμένα ἦεν.

φρονεῖν ἐνὶ φρεσίν *ξ* 82:

οὐκ ὄπιδα φρονέοντες ἐνὶ φρεσὶν οὐδ' ἐλεητύν,

„an Strafe denkend«. *φρονεῖν* deliberare überlegen significat etiam in loquendi formula: *ὧδε δέ* (vel *ὣς ἄρα*) *οἱ φρονέοντι δοάσσατο κέρδιον εἶναι*

ε 474, *ζ* 145, *κ* 153 (*ὧδε δέ μοι* etc.), *ο* 204, 693, *χ* 338, *ω* 239, *N* 458, *Ξ* 23, *Π* 652, cuius quasi comparativi superlativus quidam est: *ἥδε δέ μοι κατὰ θυμὸν ἀρίστη φαίνετο βουλή*

λ 230 al.; *Π* 715: *ταῦτ' ἄρα οἱ φρονέοντι παρίστατο Φοῖβος Ἀπόλλων.* *φρονεῖν* est cogitare de aliqua re an etwas denken versu illo: *γιγνώσκω, φρονέω· τάγε δὴ νοέοντι κελεύεις*

π 136, *ρ* 193, 281, qua quis formula ad obediendum paratum se esse dicit.

2. Sentire (denken, gedenken, meinen) *η* 312 *τάτε φρονέων, ἅ τ' ἐγώ περ*, *ω* 241, *Δ* 361 *τὰ γὰρ φρονέεις, ἅ τ' ἐγώπερ* eadem sentis, quae ego du denkst dasselbe wie ich; *I* 310 *χρὴ ἀποειπεῖν ᾗπερ φρονέω* oportet eum sermonem enuntiare, quem in animo habeo, ich muss heraussagen, wie ich denke; huc etiam referendum videtur *Γ* 98 *φρονέω διακρινθήμεναι ἤδη Ἀργείους καὶ Τρῶας* »ich meine (glaube), dass nun Argeier und Troer (im Frieden) auseinander scheiden«, et *I* 608 *φρονέω δὲ τετιμῆσθαι Διὸς αἴσῃ* »ich denke geehrt zu sein durch die von Zeus gegebene Bestimmung.«

3. Cupere, velle, in animo habere (wünschen, wollen, gesonnen sein) *ε* 89 *αὔδα, ὅτι φρονέεις* eloquere, quodcunque cupis, sage, was du wünschest, idem *Ξ* 195, *Σ* 426, *E* 564, *τὰ*

---

1) Qua ratione *φρονεῖν* cum vocabulo *φρήν* contineatur cf. Fulda 283 sqq.

φρονέων, ἵνα, Η 34 *τα φρονέουσα* (de Minerva), *Ι* 493 cum *ὅ* (dass), *Ο* 603 *τὰ φρονέων* (in der Absicht) — *ἔγειρεν, Ρ* 225, *Ψ* 545 *τὰ φρονέων, ὅτι, Ρ* 286 *φρόνεον* cogitabant, sperabant, et *Ο* 703 *φρονέοντες,* quod loco antecedentis *ἔλπεσθαι* substituitur. *Μ* 124 et *Ν* 135 legitur *ἰθὺς φρονεῖν* »grad aus streben«.

